

PSALMI XXXIII. DISPOSITIO.

Letitia piorum. Laudate Creatorem.

Traditur hic I. ad laudes DEI cohortatio: ubi (1) excitati, sunt justi, integri, vers. 1. (2) objectum laudandum est Jehova; (3) laus ipsa; caritate, laus sit decora: vers. 1. celebrate: psallite: canite canticum novum, vers. 2. 3. (4) adjunctum laudis, cithara, nablium, decachordum: pulsatio decora, sonora, ibid.

II. Argumentorum laudis adductio, ubi (1) verbi divini rectitudo, vers. 4. (2) operum quorumvis firmitas, ibid. (3) justitiae iudicii que amor, vers. 5. (4) benignitas per totam terram diffusa, ibid. (5) creatio caeli cum universo exercitu: vers. 6. (6) aquarum marinarum collectio: vers. 7. Confectarii loco subicitur debitus tanti Creatoris cultus: ubi (a) B colentes, terra universa, orbis incole, vers. 8. (b) cultus, timeant, reverentur ipsum; ibid. (c) motivum, quia solo verbo cuncta illa creatura extiterunt: vers. 9. Post opera creationis sequitur (7) divina providentia, vers. 10. ubi

(a) consilii gentium (contra ecclesiam) everfio: ibid. (b) consilii divini statuminatio: vers. 11. (c) populi peculiaris electio, vers. 12. (d) universalis quorumvis hominum consideratio, vel gubernatio: vers. 13. 14. tam quoad cordis cogitata, quam quoad actiones, vers. 15. (e) Auxilii concessio, tam κατ' ἀρετήν, quod salus non contingat regi magnatibusve per exercitus robur, nec heroi per fortitudinem, vers. 16. nec per equitatum, vers. 17. quam κατά θεῶν: ecce (α) oculus Domini (β) ad timentes se, nec non expectantes ipsius gratiam: vers. 18. (γ) scopus, tum ex morte ereptio, tum in fame sustentatio, vers. 19. Ubi rursus annectitur consecrarium, de anima in domino quiete, quia ipsemet est auxiliator protectorque: quia cor in ipso latatur secure, quia confidit in sancto eius nomine: vers. 20. 21.

III. Conclusionis loco ponitur votum seu suspirium pro gratie divinae obumbratione, spei nostrae conformi: vers. 22.

PSALMUS XXXIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

ננו cantate: ) Verbum ננו est fortiter exclaimare, sive ex tripudio, gratulatione aut laude, sive ex mœrore; quomodo etiam R. Natban in Conc. ait, usum ejus esse או לזעקה וכרו או לשיר או לחבל i. e. ad cantum, aut vociferationem, aut proclamationem, aut ad luctum. De luctu namque usurpatur Thren. II, 19. de laude verò ac jubilis latantium Jof. XLIX, 13. Job. XXXVIII, 7. (de caelis latantibus) Jof. XXXV, 6. de lingua muti, c. LIV, 1. de sterili, confer c. LXV, 14. Zeph. III, 14. Unde & LXX. reddiderunt modo ἐν φερίνομα, χαίρω, lætor, ἐνλογίζω benedico: Job. XXIX, 13. γαυραία, glorior, Job. XXXIX, 23. & καυχάομαι, Psal. XXXII, 11. ἀγαλλιάω, hoc loco. item εὐγενός εἶμι disertus sum, ut Jof. XXXV, 6. & c. Lutherus: freuet euch. Chaldaeus: שׁבחו לאודת. Aben Esra: קול השמיעו קול. Campensis: cum exultatione laudate.

צדיקים justis: ) vide Psal. XXXII, 11.

כיהו Chald. קדם יהוה coram Jehova: vel in Domino: ) h. e. Deo quasi arbitro aut inspectore vestri gaudii, ut sicut in Deo vivitis, movemini ac estis, ita in eodem quoque gaudeatis, & c.

לשרים rectis vel ingenuis: ) qui scilicet sincera Deum colunt intentione, juxta rectam verbi divini regulam. Dicuntur hi recti corde, Psal. XXXII, 11. h. e. carentes hypocrisi. Præfixum (ל) non incommodè etiam verti posset inter; sic namque inter sinceros Dei cultores quam maximè & æstimari & frequentari & jucundè exerceri solet divini Nominis celebratio.

ננו desiderabilis est vel decora: ) h. e. ingenuos vel sincerè pios quam maximè decet Dei celebratio. Verbum aliàs est ננו concupivit; unde in niphâl ex aliquorum sententia est ננו

concupiscibilis vel decorus fuit, quod extat Psal. xciii, 5. ננוה קרש לביתך ננוה קרש domui tua decora est sanctitas, h. e. domum tuam ornat sanctitas; vel juxta Vulg. domum tuam decet sanctitas; (qua ratione etiam hoc loco peraptè redditur: ingenuos decet præconium, cum utrobique sit eadem constructio cum lit. (ל) item in plurali ננו Cant. I, 10. quam concupiscibiles genæ tuæ: & Jof. LII, 7. quam concupiscibiles pedes & c. Hinc partic. masc. ננוה Prov. XIX, 10. non decet (ננוה) stultos voluptas; cap. XXVI, 1. non decora est stultis gloria; Cant. II, 14. aspectus tuus ננוה & c. c. IV, 3. eloquium tuum ננוה & particip. fœminin. ננוה Psal. CXLVII, 1: ננוה ננוה ננוה amœna & decora est laus. Prov. XVII, 7. non est ננוה stulto labium excellens: Cant. I, 5: nigra ego ננוה & c. VI, 3. amœna ut Jerusalem. Semel etiam defectivè scribitur Jof. VI, 2. ננוה amœnæ & delicatæ mulieri & c. Hæc est inductio locorum radicis hujus in sacris extantium; unde colligitur, designari hoc verbo convenientiam vel decorum, ut sensus sit; ingenuos convenit ac decet laudare Dominum, imò hæc laus eosdem peculiariter exornat, & coram Deo conspicuos facit atque acceptabiles. Hinc Chald. reddit: ננוה & Syrus eadem voce fœm. ננוה conveniens est, digna est, decet: & Luth. in priori vers. dent Aufrichtiaen stehet das rühmen wohl an (nunc: die Frommen sollen ihn schön preisen.) Campensis: æquissimum est enim & decentissimum, ut à candidis laudetur Dominus. Ratione formæ gramm. vox hæc est participium fœmininum niphâl ab ננו, ubi masc. est ננוה pag. 43. & 80. fœmininum verò, abjectâ tertriâ radicali, sit ננוה gramm. pag. 68. imò etiam (ל) sub aleph eliditur, præmissâ compensationis vel ut locò, vocali longâ (ל) quomodo ננוה dicendo ponitur pro ננוה it. ננוה pro ננוה & ננוה pro ננוה vide Trost. p. 80. item pag. 82. ann. 1. ubi

PSAL